

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

991 - 1003

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

elegerint consensu, ejusdem constitutionis teneat censu. si quis vero, quod fieri minime credo, vel ego ipse seu aliqua heredum meorum persona traditionem istam a me legaliter factam infringere seu qualibet fraude corrumpere temptaverit, ob nefandi conaminis ausum 3 libras auri ad regis erarium et 30 pondera argenti ad
 5 cameram volens nolens persolvat episcopi et hæc translegatio nihilominus stabilis perseveret et fixa stipulatione subnixa. actum est publice in præfata civitate testibus subnotatis: signum Adalberti advocati. signum Anselmi. signum Zuzonis. signum Reginbaldi. signum Burchardi. signum Ezonis. signum Anselmi. signum Berenhardi. signum Erlene. signum Uuirandi. signum Gunzilini. signum Geroldi.
 10 signum Zeizolui. signum Uuazelini. signum Emichonis. signum Diezelini. nomina fratrum ad præsens manentium: Heimo præpositus, Aldericus archidiaconus, Reginbaldus, Grimine, Adalbero, Uolmar, Anno, Duodo, iterum Adalbero, Manegolt, Uuoluolt, Uuiceman, Heimo.

15 *B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 or. mb. lit. pat. sine sig. Hinter Heimo folgt von einer Hand des 12ten Jahrh. geschrieben: ut autem hec rata permaneant, inpressione sigilli majoris ecclesie Argentinensis insigniri feci. Wohl im Zusammenhang damit ein Siegel-einschnitt unten in der Mitte.*

20 *Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. III, 404 nr. 107 = Grandidier Hist. d'Als. I p. j. p. 147 nr. 311 = Neugart Cod. dipl. Alem. I nr. 771 i. Auszug.*

50. *König Heinrich II schenkt Bischof Wernher I von Straßburg und seinen Nachfolgern als Entschädigung für Kriegsverluste die Frauenabtei St. Stephan in Straßburg. 1003 Januar 15 Diedenhofen.*

(C.) : In nomine sanctæ et individuae trinitatis. Heinricus divina favente cle-
 25 mentia rex. in consideranda laborum recompensatione juxta tale tantumque meriti exsolvendum jubet æquitas tale tantumque debiti; sed tamen non derogatur: æquitati, si quid superaddatur liberalitati. si ergo eos, qui sub quiete ac pacis ocio consiliis tantum rei publicæ satagunt negotio, regia nequitiam defraudari^a convenit nec gratia nec munificentia, quomodo non his summa, prout res sese locusque
 30 dederit, tam ex privato regis quam ex publico legis honoris et gloriæ debetur reverentia, quorum tenacissimam in commune bonum fidelitatis anchoram et honestum cum utili propositum, quamquam circumstripentibus undique popularium seditionibus et principum dissensionibus, nullæ nec minæ nec blanditiæ de statu sui rigoris avel-
 35 lere possunt aut pellicere, quominus, contempta rerum suarum funditus jactura, subter ipsas perfidiæ fauces fidei certent non perdere jura? proinde noverit tota sancta dei æcclesia et in omni populo nostræ fidelitatis integritas presentium scilicet et futurorum, qualiter divæ memoriæ senior noster et antecessor tercius Otto videlicet
 40 imperator augustus venerabilem virum Uuerinharium juge ejus servitium et fidei bonæ constantiam attendens divina dispensante gratia sanctæ Argentoratensi æcclesie ordinavit et prefecit episcopum. post tanti itaque imperatoris ab hac vita discessum vetus inter [n]os^b a pueris propagata familiaritas et ea, quæ cum tali cæsare nobis erat,

a) B defraudari. b) n durch einen Riss im Pergament vernichtet.